

DIE XVIII. OCTOBRIS.

S. LUCÆ EVANGELISTÆ.

TOTUM DUPLEX.

Omnia de Communi unius Evangelistæ, præter hanc
Orationem :

Oratio.

INTERVENIAT pro nobis, quæsumus Dómine, sanctus tuus
Lucas Evangelista ⁊ qui Crucis mortificationem júgiter
in suo còrpore pro tui nòminis amóre portávit : Per.

DIE XIX. OCTOBRIS.

S. PETRI DE ALCANTARA CONFESSORIS.

SIMPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátum Petrum, Confessórem tuum, admirá-
bilis pœnitentiæ et altissimæ contemplatiónis múnere
illustráre dignátus es : da nobis, quæsumus, ut, ejus suffra-
gántibus méritis, carne mortificáti ⁊ facílius cælestia capiá-
mus : Per.

DIE XX. OCTOBRIS.

S. MARCI PAPÆ ET CONFESSORIS.

TRES LECTIONES.

Oratio.

EXAUDI Dómine preces nostras : et interveniente beáto
Marco, Confessóre tuo atque Pontífice ⁊ supplicatió-
nes nostras placátus inténde : Per.

DIE XXI. OCTOBRIS.

SS. URSULÆ ET SOCIARUM VV. ET MM.

TOTUM DUPLEX.


Omnia de Communi plurimorum Martyrum, præter hic
posita.

AD I. VESPERAS.

Super Ps.

Ant.

j. toni.



Hæ sunt, quæ ve-né- runt ex magna